



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Acta Synodalia Osnabrvgensis Ecclesiæ, Ab Anno Christi
MDCXXVIII.**

Brogberen, Johannes

Coloniæ Agrippinæ, 1657

Benevolo Lectori Salvtem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14298

B E N E V O L O
L E C T O R I
S A L V T E M.



Vm Reverendissimus , Cel-
sissimus , & Illustriſſimus
Princeps ac Dominus , Do-
minus FRANCISCVS
GVILIELMVS , Dei
& Apostolice Sedi gratiâ , Episcopus Ratis-
bonensis , Osnabrugensis , Mindensis ac Ver-
densis , Sacri Romani Imperii Princeps , Co-
mes de Wartemberg & Schawmburg , Do-
minus in Wald & Hachenburg , Domi-
nus noster clementissimus , Anno Christi
M D C XXVIII , die XXVIII Martii , pro
suo Episcopali munere , & Ecclesiæ Osna-
brugensis necessitate , pio zelo , solemnem
ac generalem celebrasset Synodum ; quæ

* 3 etiam

P R A E F A T I O

etiam debitè ac feliciter pro reformatione Ecclesiasticæ disciplinæ , & Ecclesiæ bono , perfecta est ; eam , pro utilitate posteriorum , ad commoditatem Cleri , typis mandandam , Vicario suo in Spiritualibus generali , Domino Alberto Luccenio , Protonotario Apostolico , Domino item Fodoco Uphaus I. V. Doctori , Comiti Palatino , & Collegiatæ Ecclesiæ insignis , sancti Joannis in Civitate Osnabrugensi , Canonico , uti in prefatâ Synodo specialiter deputato Actuario , commisit . Præstiterunt id prefati Domini summâ diligentia . Cum autem jam in Visitatione generali , in dictâ Diœcesi , per Illustrissimam Suam Celsitudinem , annis M D C LI & M D C L II , personaliter factâ , apparuisset , his belli motibus prædictum librum adeo periisse ac distractum esse , ut multis in locis nullum exemplar amplius reperiretur : hinc

P R A E F A T I O.

hinc Illusterrima Sua Celsitudo nobis infra-
scriptis serio mandavit, non solum prædictam
Synodum, de novo, verum etiam alias, à se ab-
eo tempore habitas, typis dari ac divulgari.
Nos igitur, pro debitâ nostrâ obedientiâ, ma-
num operi, tam necessario, per multos menses
admovimus; Acta Synodalia, ad diversa pro-
tocolla scriptave, examinando, & in hanc,
quam vides, formam, non sine labore, redi-
gendo. Quatuor verò potissimum de causis
Constitutiones, tam à Reverendissimis &
Illusterrimis Archiepiscopis Coloniensibus,
veluti Metropolitanis, in Conciliis Pro-
vincialibus, quam à suis Prædecessoribus,
in Synodis Diœcesanis, legitime editas, ad-
jungi mandavit: Primum quidem, ut om-
nibus per Diœcesin Osnabrugensem Sacro-
rum Administris & Procuratoribus, uno
in Enchiridio ac systemate, indivisa ea pro-

P R A E F A T I O.

ponerentur, quæ Illusterrimorum Archi-
episcoporum, Electorum, Principum atque
Episcoporum maturo consilio, legitimaque
autoritate, de Cleri reformatione, de in-
stauratione disciplinæ Ecclesiasticæ, de Sa-
cramentorum administratione, cæterisque
muniis, sunt constituta: Deinde verò, ut
Lector ad manum semper in promptu ha-
beret exemplar Synodorum Provincialium,
quò nonnunquam, ad vitandam vel pro-
lixitatem vel ejusdem materiæ ac similis
argumenti repetitionem, remittitur, possit
recurrere, conferreque inter se Canonum
Decreta, & rationum momenta expende-
re, compositis hujus Synodi cum præceden-
tium Constitutionibus: Idcirco præterea, ut
liqueret omnibus Clericis, in quorum maxi-
mè gratiam ac commodum edita hæc pro-
mulgataque sunt, quàm conspirante con-
fessione,

P R A E F A T I O.

sensione, zelo ac spiritu, iisdem penè verbis, Pastores ac Episcopi nostri, inferiorum suorum, æquè ac ovium, amantissimi, virtutæ honestæ & muneris Clericalis regulas, ex Apostolorum Canonibus, sanctionibus Pontificum, legum sacrarum definitionibus, exceptas, Majorum suorum exemplo, & sacrosanctorum Conciliorum, Tridentini præsertim, jussione, præscripserint: Eam demum ob rem, ut leges hæ atque Constitutiones, tanto delectu congestæ, tantâ cum obtestatione etiam atque etiam commendatæ ac repetitæ, tantis impendiis in lucem emissæ, altius inscriberentur animis, observarentur studiosius, usu ipso atque opere sanctius, conformatius, atque frequenter exercecentur. Simul nonnulla, quæ extra hanc Diæcesin, imo & Metropolin, acta sunt, pro memoriâ, futurâ utique posteris gratâ,
suisque

P R A E F A T I O.

suisque Successoribus non injucundâ, inferenda censuit. Quibus omnibus tu, amice Lector, pro tua pietate fruere, & Deum pro salute Illustrissimæ Suæ Celsitudinis exorare non intermitte. Vale.

Ita tibi precamur,

Reverendissimæ & Illustrissimæ Suæ
Celsitudinis Sacellani,

*Ioannes Brogberen,
I. V. Licentia-
tus, Collegiatæ
Ecclesiæ sancti
Ioannis Ratis-
bonæ Canonici-
cus, Illustrissi-
mæ Suæ Celsi-
tudinis Capella-
nus Capelanus
major, &
Magister Cæri-
moniarum, nec
non in rebus
negotiisque Ec-
clesiasticis A-
ctuarius consti-
tutus.*

*Hermannus Hoer-
de, SS. Theolo-
giæ Candida-
tus, Illustrissi-
mæ Suæ Celsi-
tudinis Capella-
nus ac Biblio-
thecarius.*

*Ioannes Schreiber,
SS. Theologiæ
Candidat. Col-
legiatæ Ecclesiæ
sancti Alexan-
dri in Wilshau-
sen Canonicus,
& Illustrissimæ
Suæ Celsitudi-
nis Capellanus
ac Eleemosyna-
rius.*

*Iacobus Buckevort,
I. V. Candida-
tus, Collegiatæ
Ecclesiæ S. Fe-
licitatis in Vred-
en Canonicus
ac Scholasticus,
nec non Illu-
striss. Suæ Cel-
situdinis Capel-
lanus, Caudata-
rius, & Nobi-
lium Ephebo-
rum instrutor.*

Mense Iunio M D C LIII.

C A T A-